

Beatis Manibus
 DN. THOMÆ BAR-
 THOLINI,
 mortales jam titulos supergressi,

ERgo fugis, nostros indignarisq; Triones,
 Regna diu meritis inferiora tuis,
 Phillyridum BARTHLINE decus? nil
 vota movebant,

Pulpitaq; in plausus officiosa tuos?
 Nonne triumphatos inter vixisse placebat
 Errores? nulla est jam tibi Lerna super;
 Nusquam Cacus agit, nusquam Stymphalides,
 orbem

Purgasti: hæreseon jam satis alta quies:
 Ipsa tuis cedens jacet ignorantia telis,
 Vincitaq; perpetuo carcere muta stupet.
 Viximus ignoti nobis, nec viscera post tot
 Extispices Grajos sat patuere sibi:
 Nulli tuta fides placito, labyrinthus ubiq;
 Credere ubiq; fuit, quàm reperire, prius;
 Luxit in ambiguo Respublica corporis, inter
 Totq; Aquapendentes, triste! pependitaqua,
 P Lym-